



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalium Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

8. De auctoritate, & vsu pallij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De elect. & electi potestate, Tit. VI. 141

l. 3. c. 4. n. 44. Marc. Anton. *variarum resl.* l. 1. res. 41. n. 6. Et in dubio facienda est interpretatio, ut actus censetur permissus, quando non reperitur prohibitus, Anch. *conf.* 344. Aym. *conf.* 103. n. 2. l. 1. Menoch. de *presumpt.* l. 6. q. 16. n. 2. Mascard. de *probat. concl.* 1237. num. 2.

26 In gloss. *Confirmatus*. Notatur ad hoc quod electus in Episcopum in manibus eligentium iuri suo potest renuntiare ante confirmationem sine Papæ licentia, Rot. dec. 8. n. 3. de *iurepatr. in nouis*, Flam. de *resig.* l. 7. q. 1. n. 78. tenent omnes in præsentia, præcipue Ioan. Andr. n. 25. Imola n. 16. Butr. n. 37. Panor. n. 17. Boer. dec. 2. n. 47. vers. item hoc, Rendina in *promptuario recepti sent.* tom. 1. sit. 36. num. 28.

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.
- 2 Honor, & reuerentia senioribus exhibenda.
- 3 Senes præferuntur iunioribus.
- 4 Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.
- 5 Ecclesia prima vacat per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam.
- 6 Antiquitas veneranda est.
- 7 Antiquorum consuetudo seruanda est.

C A P. Quanto. III.

- 1 **P**apa solus, qui vicem veri Dei gerit, in terris potest auctoritate diuina transferre Episcopum ab Ecclesia ad Ecclesiam. Vnde si Episcopus auctoritate propria se transfert, utraque est priuatus. Et Canonici, qui illum recipiunt, priuantur electione pro illa vice. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Io. And. Innoc. Imol. Anan. Butr. Panor. Viu. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 246. Alagona in *compend. iuris Can. pag.* 84. remissiuè Ximen. in *concord. p. 1.* & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decret. l. 1. sit. 5. cap. 3.
- 2 **R**euerentiam exhibendam.] Notatur ad hoc quod honor & reuerentia senioribus exhibenda est, vt per Tiraq. de *iure primog. præfat.* n. 85. cum seq. Senes enim præferuntur iunioribus, Guillelm. in c. Raynatus, verb. in *extremis*, n. 6. Menoch. *conf.* 126. n. 22. & 26. Illust. D. Roder. à Cunha in *com. ad c. 5. n. 3. dist. 61.* & ad c. 8. n. 3. ead. *dist.* Et plus valet umbra senis, quam ensis iuuenis, Auiles in *proæmio ad capita Prætorum*, num. 18. pag. 17.
- 4 **V**t in eo puniantur in quo peccauerunt.] Vide Bart. Peter. in *extrauag. ambitiosa*, de rebus Ecclesia non alienandis, verbo, illis exceptis.
- 5 **C**avere propria.] Notatur ad hoc quod per translationem Prælati ad aliam Ecclesiam vacat prima, vt per Rebuff. in *praxe tit. requisita ad collationem*, n. 5. Gonz. ad *reg. 8. Cancel. gloss.* 15. n. 48. & latius ad c. 1. num. 5. supra hoc tit.
- 6 In gloss. *Antiquitas*, ibi, & antiquitas veneranda est. Vide quæ ego ipse de *offic. & potest. Episc.* p. 1. sit. 3. c. 8. in *prin.* Omne enim per antiquitatem fit nobilius, l. 1. ff. de albo scrib. l. 1. c. ut digni. ordo seru. l. honores, C. de decurion. lib. 10. Cassan. in *catal. glorie mundi* p. 4. consid. 36. Valdef. de *dignitate Regum Regnorumque Hispania*, c. 5. num. 3.
- 7 In ead. gloss. ibi, *Mos enim retinendus est fidelissima consuetudo*. Notatur ad hoc quod antiquorum consuetudo, & mos seruandus est, vt per Tiraq. de *iure primog. in præfat.* n. 190.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa solus potest transferre Episcopos, & indulgentiæ per eum super tali translatione concessa ad litteram seruanda est.
- 2 Papa est Vicarius Christi.
- 3 Papa est successor Petri.
- 4 Privilegiarum tenor ad vnguem seruandus.

C A P. Licet in tantum. I V. & fin.

Papa solus potest transferre Episcopos, & Episcopus cui indulgetur vt possit transferre ad maiorem dignitatem, non potest transire ad æqualem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bald. Bellam. Io. And. Innoc. Imol. Anan. Butr. Panor. Viu. in *rationali primi libri iuris Pontif. pag.* 246. Alagona in *compend. iuris Can. pag.* 85. remissiuè Casal. in *ann.* & Ximen. in *concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 5. c. 4.

Et Vicarius, Iesu Christi.] Notatur ad hoc quod Papa est Vicarius Christi, vt per Host. in *proæmio Decret.* l. 1. & in c. *litteris*, etiam n. 3. supra de *rescriptis*, Flamin. de *resig.* l. 9. q. 7. n. 6. Paul. Fulc. de *visitat.* l. 1. c. 1. n. 2. Medic. de *legibus* p. 1. q. 8. n. 3. Rodoan. de *spoliis Ecclesiasticis* q. 7. s. his præsuppositis n. 56. Cordub. in *questionario Theologico* l. 4. q. 1. præpos. 8. Melch. Can. de *locis Theol.* l. 6. c. 1. vers. 11. nouissime Sebast. Casar. in *sua relect. de Ecclesiastica hierarchia* d. 1. s. 1. per tot. vbi latè ostendit Rom. Pont. dignitatem, ac potestatem à Christo Domino in omnes suos Vicarios derivatam, & ideo Consistorium atque Tribunal Christi & Pontificis censetur vnum, & idem in specie, Host. in c. *quando*, hoc tit. Abb. hic n. 9. Troil. Maluel. de *canoniz. Sanctior. dub.* 2. n. 10. de *benefic.* p. 3. q. 8. n. 26. Cast. *conf.* 414. sub n. 1. vers. his præsuppositis, Paris. *conf.* 5. n. 26. & *conf.* 68. n. 162. l. 1. Menoch. *conf.* 51. n. 13. l. 1. Barbat. de *præstantia Card.* p. 1. q. 2. num. 5. & q. 8. n. 5. Pelag. de *plantu Ecclesia* art. 29. Alban. de *potest. Papa* p. 1. n. 84. Conrad. in *temple omnium indic.* l. 2. c. 1. in verbo *consistorium* fol. 112. Nogu. in c. *nonit. de indic. notab.* 4. n. 12. refert alios Cened. ad *Decretum collect.* 47. n. 3. Anton. Rice. de *iure personarum extra gremium Ecclesia existent.* l. 9. c. 2. n. 11. tetigi ego ipse de *offic. & potest. Episcopi* p. 3. alleg. 54. n. 47. secundum Lugdunen. impress. Ex quibus infertur hæresim sentire qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi Papam non esse Christi vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, sicuti resoluunt Palat. Rub. de *in-re obtent. Regni Navarra* p. 2. s. 4. in *prin.* August. Ancona de *potest. Papa* q. 6. art. 3. Iacobat. de *concl.* l. 10. art. 1.

Successor est Petri.] Vide Abb. in c. *per venerabilem*, n. 29. qui filij sint legitimi, Flamin. d. q. 7. n. 7. Dionys. Paul. de *vera quatuor Patriarchalium sedium erect.* c. 5. num. 14.

Tenor illius indulgentiæ.] Notatur ad hoc quod tenor privilegiorum ad vnguem seruandus est, vt per Tiraq. in l. si vnguem, verbo, *libertis*, v. 8. & dicam infra ad c. porro, de *privileg.*



De Auctoritate & usu pallij.

TIT. VIII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panorm. Anan. Bald. Butr. Petr. Alphons. de Vasconcellos in harmonia rubricarum, Petr. de Rendina in compend. iuris Canonici, Martin. Mesnartius in epitome Decretalium, fol. 14. Guillem. Durand. Speculat. in breuiario aureo iuris Canon. Dani. Venator. in Analyti methodica iuris Pontific. pag. 50. Gofred. & Host. in summius tit. Alexand. Callan. & Anastas. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretalium, Carthol. Carthagen. in exposit. titulorum iur. Can. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit. & Andreas Vallen- sis in suis comment. supra Decretal.

De pallio, eiusque etymologia, ac significatione, & an pallium, seu palleum sit dicendum, vide Durand. in rationali diuinorum, l. 3. c. 17. & in speculo iuris, l. 4. Conrad. Brun. de ceremoniis, l. 3. c. 4. ad finem, Polyd. Virgil. de in- uentoribus rerum, l. 1. c. 12. Steph. Durand. de ritibus Eccle- siae, l. 2. c. 9. n. 41. cum seqq. Petr. Greg. syntagm. iuris, l. 1. c. 9. n. 6. cum seqq. Laeli. Zechi. de republ. Ecclesiast. tit. de statu Illustr. Patriarcharum à n. 5. Lancell. in inst. Canon. tit. 11. Fr. Bernard. de Britto in chronica Ordinis Cister- ciensis, l. 4. c. 24. pag. 255. Fr. Hieron. Roman. l. 3. de Re- publ. Christiana, c. 6. fol. 195. Card. Celsar. Baron. annalium Ecclesiae, tom. 2. anno Christi 116. pag. 26. & tom. 3. anno Christi 336. vers. 63. incip. quod uero ad pallium, Dionys. Paul. de uera quatuor Patriarchalium sedum erect. cap. 13. à num 27. Azor. instit. moral. p. 2. l. 3. c. 34. Mar. Anton. Genuens. in praxi Curiae Archiepisc. Neapol. cap. 70. n. 19. optime Guido Pancirol. in thesauro variarum lectionum, l. 1. cap. 20.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus intra quamlibet Ecclesiam suae Pro- uinciae pallio uti potest, sed extra non.
- 2 Archiepiscopus solummodo intra suam Prouinciā pallio uti potest.
- 3 Dicitio, intra, includit locum, uel sua extrema.

CAP. Cū super. I. Clem. III.

Archiepiscopus potest uti pallio intra quam- libet Ecclesiam Prouinciā sibi commissā, non tamen extra Ecclesiam, unde in processione extra Ecclesiam illo uti non posset. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Panorm. Butr. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 147. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 85. remissiuē Ximen. in con- cord. p. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 4. c. 1.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Durand. in rationali diuinorum, lib. 3. cap. 17. num. 12. Stephan. Quaranta in summa Bullarij, verbo, Archi- episcopi auctoritas vers. 32. auctoritas est, pag. 82. Zerol. in praxi Episcopali. p. 1. verbo, Archiepiscopus, §. 1. Azor. instit. moral. p. 2. l. 3. c. 34. g. 7. Mar. Ant. Genuens. in praxi Curiae Archiepisc. Neapol. c. 70. n. 18.

Intra,] Hec dicitio includit locum, uel sua extrema, s. ut in iuribus citatis ab Octau. Vulpel. de praepositionum, seu aduerbiorum significat. in dict. intra, pag. 48. Rebuff. in comment. ad l. 1. §. ff. de verb. signif. pag. 505. Card. Mant. de iacris, & ambig. conuent. lib. 4. tit. 9. n. 9. quos refero ego ipse in meis remiss. de dictionibus & clausulis, dictione 149. n. 1. alias in tract. de dict. usufreq. dict. 174. n. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus alteri Archiepiscopo pallium suum ac- commodare non potest.
- 2 Metropolitanus unus non potest cum alterius pallio se- peliri.
- 3 Palliatus ad aliam Ecclesiam translati cum pallio secundo loco sibi concessio sepelitur.
- 4 Archiepiscopus pallium suum alteri accommodare non potest ut illo utatur.

CAP. Ad hoc. II.

Archiepiscopus non potest alteri Archiepiscopo pallium accommodare, quia pallium personam non transit, & cum eadem debet sepeliri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Butr. Bald. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificij, pag. 248. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 85. remissiuē Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 4. Decretal. lib. 1. tit. 4. c. 1.

Sepeliri,] Notatur ad hoc quod unus Metropolitanus non potest cum alterius pallio sepeliri, ut per Quarant. in sum. Bull. verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers. 32. auctori- tas, Durand. in rationali diuinorum, l. 3. c. 17. n. 12. ubi etiam dicit quod palliatus ad aliam Ecclesiam transla- tus cum pallio secundo loco sibi concessio sepelitur, quod etiam dicit Azor. instit. moral. p. 2. l. 3. c. 34. g. 8.

Vnde sequitur non posse Archiepiscopum pallium suum alteri accommodare, ut illo utatur, vide Durand. in ration. diuin. lib. 3. c. 7. n. 11. Syluest. in sum. verbo pallium ad fin. Quarant. d. vers. 32. auctoritas Azor. d. c. 34. g. 8. po- terit tamen accommodare pallium ut videatur, secun- dum Lancell. instit. Can. lib. 1. tit. de pallij ration. vers. com- modari.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopale nomen, & plenitudo Pontificalis officij per pallium transferuntur.
- 2 Archiepiscopus ante pallium acceptum non sortitur nomen Archiepiscopi.
- 3 Pontificalis officij plenitudo continetur in pallio Archiepiscopi.
- 4 Archiepiscopus non potest sine pallio ea munera obire, quae sunt potestatis Ordinis, uel iurisdictionis.
- 5 Diligere nos potius tenemur, quam alium.

CAP. Nisi specialis. III.

Innoc. III.

Archiepiscopi nomen, & plenitudo Pontifica- lis officij in susceptione pallij sumitur. Item Cardinalis Legatus non potest dare licentiam Episco- pis transeundi ad alias Ecclesias. Item Papa debet tueri potius dignitatem Sedis Apost. quam prinatam alicuius. Colligunt ex Ordinari. Abb. antiq. Zabar. Collect.

Collect. Anch. Bald. Bellam. Host. To. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butr. Viu. in *ration. primi libri iuris Pontif.* pag. 148. Alagon. in *compend. iur. Can.* pag. 83. remissive Ximen. in *concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. coll. 3. Decret. lib. 1. tit. 7. c. 1.

2 Collige ex text. Archiepiscopum, quia Pontificalis officij plenitudo confertur per pallium, licet sit consecratus ante pallium acceptum, non fortiri nomen Archiepiscopi, vt per Stephan. Quarantam in *summa Bullarum*, verbo *Archiepiscopi auctoritas*, vers. 32. auctoritas.

3 In quo Pontificali officij plenitudo, &c.] Notatur ad hoc quod in pallio Archiepiscopi continetur plenitudo Pontificalis officij, vt per Durand. in *rationali diuin. lib. 3. c. 17. num. 11.* Stephan. Durand. de *ritibus Ecclesie* lib. 2. c. 9. numero 45. Henric. in *summa* lib. 9. c. 10. §. 4.

4 *Prinquam à nobis pallium suscepisset.*] Notatur ad hoc quod Archiepiscopus non potest sine pallio ea munera obire, quæ sunt potestatis ordinis, vel iurisdictionis, & inde sequitur non posse se Archiepiscopum nominare, nec convocare Concilium, nec Chrisma conficere, nec dedicare Basilicas, ordinare clericos, & Episcopos consecrare, vt per Azor. in *stit. mor. p. 2. lib. 1. c. 14. §. 5. vbi* q. 6. quærit, an si Archiepiscopus faciat ea, quæ sibi proueniunt ex pallio, absque illo valida & firma sint, & ita respondent sub distinctione: vel enim ante pallium acceptum, Episcopus consecratus erat, vel non; in primo casu rata, & firma manent, quæ fecit circa potestatem Ordinis, & Chrismatismis, &c. sed tamen peccat contra Canones, & iura; si verò non fuerit consecratus, inania, & frustratoria opera exercet, refer. Illustr. D. meus Roder. à Cunha in *com. ad c. non solum 7. dist. 100. qui in com. ad c. pallium 30. ead. dist. 2.* disputat ad partes vtrum qui semel habuit pallium vnus Archiepiscopatus, si ab illo ad alium transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat nouo pallio, vel primum sufficiat: & ibid. n. 4. differt vtrum Archiepiscopus qui sponte sua suo se Episcopatu abdicauit, si iterum ad eandem Ecclesiam eligatur alio indigeat pallio, & ibid. n. 5. affirmat posse Archiepiscopum si detur euentus in quo ille suum perdat pallium à Pontifice acceptum, vel casu igne comburatur, absque eo munera Pontificalia exercere.

5 In gloss. *Eligemus*, ibi, *potius tenemur non magis diligere, quam alium* Vide Card. Tusch. *com. 1. lit. C. concl. 220. a n. 5.* vbi dicit quod vnusquisque ex ordinata charitate magis tenetur se amare in vngue pedis, quam aduersarium in vertice capitis Vnde dolo facere non videtur qui se plus altero diligit, Cran. *conf. 80. num. 18.*

S V M M A R I V M.

- 1 Papa semper & vbique vititur pallio, alij in Ecclesiis suis, & certis tantum diebus.
- 2 Papa semper, & vbique pallio uti potest.
- 3 Episcopus de omnibus Ecclesiis in ipsius territorio constitutis disponendi habet auctoritatem.
- 4 Pallium sub qua forma verborum tradatur, remissive.
- 5 Archiepiscopi pallio quibus diebus uti possint, remissive.

CAP. Ad honorem. IV.

1 **P**apa solus vititur pallio semper, & vbique, quia habet plenitudinem potestatis, alij non; nisi in

Ecclesia, in qua habent iurisdictionem Ecclesiasticam ex certis diebus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabari. Collect. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panorm. Host. Bald. Butr. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontif.* pag. 248. Alagona in *compend. iuris Canon.* pag. 50. remissive Ximen. in *concord. part. 1.* refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 7. cap. 2.

Collige ex text. quod Sum. Pont. semper & vbique pallio uti potest, quia plenitudo potestatis super omnes Ecclesias ei soli competit in vniversum Orbem, vt per Henric. in *sum. l. 10. c. 3. in princ.* Moscon. de *maiest. militantis Ecclesie* p. 1. l. 1. c. 8. pag. 235.

Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, &c.] Notatur ad hoc quod Episcopus de omnibus Ecclesiis in ipsius territorio constitutis disponendi habet auctoritatem, tanquam vocatus à Sum. Pont. in partem sollicitudinis, vt per Valer. Regin. in *praxi fori pen. l. 4. tr. 3. num. 219.*

In gloss. *Ad honorem*, ibi, *sub hac forma verborum traditur pallium.* Vide Azor. *instit. moral. p. 2. l. 3. c. 34. quest. 2.*

In ead. gloss. ibi, *& hi sunt nativitas Domini*, &c.] Quibus diebus Archiepiscopi pallio uti possint, vide Durand. in *rationali diuinorum*, l. 1. c. 17. n. 13. Azor. d. c. 34. q. 2. vers. *quare* quinam, & alios citatos ad c. cum sis 6 n. 3. infra hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus extra suam Prouinciam pallio uti non potest, etiam si non habeat consuetudo.
- 2 Privilegia Principum, dum tangunt iura concedentis, debent latissime interpretari, scilicet quando respiciunt damnum, vel præiudicium tertij.
- 3 Impedimenta duo vbi sunt non sufficiunt cessare in illis vnum, vt dispositio.

CAP. Ex tuarum. V.

Consuetudo non potest facere, vt extra suam diocesim quis utatur pallio, nisi de licentia Papæ, & consensu Ordinariorum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabari. Collect. Anchor. Bellam. Ioann. Andr. Innocent. Imol. Anania, Panorm. Host. Bald. Butr. Compotet. Viuian. in *rationali primi libri iuris Pontificij*, pag. 249. Alagona in *compendio iuris Canonici*, pag. 66. remissive Casal. in *annot. & Ximen. in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. l. 1. tit. 7. cap. 3.

Nos tamen de speciali gratia indulgemus tibi, &c.] Notatur ad hoc quod privilegia Principum dum tangunt iura concedentium, debent latissime interpretari, scilicet verò quando respiciunt damnum vel præiudicium tertij, vt per Hyppol. *sing. 483.*

Notatur ad hoc quod vbi duo impedimenta, vel requisita sunt, non sufficit cessare in illis vnum vt dispositio cesset, Palat. in *reper. c. per vestras not. 3. §. 20. n. 6. vers. sic ergo.* Nam vbi sunt duo impedimenta quæpiam repellentia, si vnum illorum sublatum sit, alterum autem superstit, hoc æquè illum repellit ac si ambo subsisterent, vt per Tiraq. in *tract. cessante causa limit. 22. num. 8.*

S V M M A R I V M.

- 1 Archiepiscopus vbique sua diocesi solemniter celebrans, potest uti pallio.

2 Archiepiscopus

- 2 Archiepiscopi in aliena Prouincia pallio vti non possunt.
3 Dies sollemnes, quibus Archiepiscopi pallio vti possunt, qui sint referuntur.

CAP. Cūm sis. VI.

1 Archiepiscopus Missam celebrans in qualibet Ecclesia suae Prouinciae permissis diebus pallio vti potest. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Host. Anch. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Panor. Butr. Bald. Viu. in ration. primi libri iur. Pont. pag. 150. Alagon. in compen. iur. Can. pag. 86. refertur ab Ant. Aug. coll. 4. Decret. lib. 1. tit. 4. c. 1.

2 Vbiunque fuerit. Hinc aliqui deducunt Archiepiscopos etiam in aliena Prouincia vti posse pallio de consensu eius, ad cuius Prouinciam declinat, iuxta text. in c. ex tuarum, in fine supra hoc tit. Verum ille text. repugnat si adueras procedere supposito speciali privilegio. Quare cum glossa in praesenti, quam sequuntur Doctores communiter ibi, teste Ruzeo de praeminentia Archiepiscopalis dignitatis, privileg. 21. vers. si tamen, dico quod verba generalia, vbiunque fuerit, restringuntur ad terminos habiles, scilicet intra Prouinciam, iuxta doctrinam gloss. 1. l. 1. c. de sacros. Eccl. & gl. ult. in c. 1. de cons.

3 Diebus sollemnibus. Qui sint isti dies sollemnes, quibus Archiepiscopi pallio vti possunt, referunt Durand. in rationali diuinorum, l. 3. c. 17. n. 13. Azor. inst. mor. p. 2. l. 3. c. 34. q. 2. vers. queres quanam. Moscon. de maiest. milit. Eccles. p. 1. l. 1. c. 8. pag. 236. lit. B. Fr. Emman. q. Reg. tom. 4. praxi crim. tit. 4. de visit. c. 14. n. 10. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verbo Archiepiscopus §. 2. Illustr. D. meus Roder. à Cur. h. in com. ad c. pallium 6. n. 1. dist. 100.

Illud demum scire te volumus quod licet Pallium sit proprium insigne Papae, Metropolitanorum, Patriarcharum & Primatum, vt obseruant Azor. d. c. 34. in princ. Moscon. ibi supra pag. 234. ad fin. tamen aliqui Episcopi ex particulari Papae indulgentia Pallio vtuntur, & sunt videlicet Ostiensis, quia papam consecrat, & eo vtitur ex institutione Marci Papae, Papiensis in Lombardia, Lucensis in Tuscia, Bambergensis in Germania, Quinqueecclesiensis in Vngaria, vt referunt Ceremon. Roman. l. 1. c. 8. vers. debent, Durand. d. c. 17. numero 13. ad fin. Moscon. d. c. 8. pag. 236. litera G. Stephan. Durant. de ritib. Eccles. l. 2. c. 9. n. 43.



De Renuntiatione.

TIT. IX.

S V M M A R I U M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubricam scribentes.
2 Renuntiationis materiam qui Doctores tractant, citantur.
3 Renuntiare aliquando sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, frequenter tamen accipitur pro repudiare, resignare, vel cedere.
4 Renuntiatio definitur vt sit spontanea iuris proprii dimissio, vel melius vt sit spontanea beneficii dimissio à superiore admissa.
5 Dimissio comprehendit quemcunque actum per quem

quis à se ius proprium abdicat.

- 6 Cedere propriè dicitur qui dimittit ius ad rem, quod habet in beneficio.
7 Renuntiare, cedere, & resignare inter se confunduntur, & vnum pro alio passim accipitur.
8 Renuntiatio beneficiorum duplex est, & tacita & expressa.
9 Renuntiatio tacita dicitur quæ à iure absque aliqua verborum expressione fieri intelligitur.
10 Renuntiatio expressa est illa, quæ resignante verbo, aut scripto iuxta formam à iure praescriptam celebratur.
11 Renuntiatio duplex est, altera simplex & pura, quæ ex mera liberalitate absque ullo pacto, & conuentione fit, altera vero conditionalis, quæ in fauorem certa persona, vel sub aliqua conditione celebratur.
12 Renuntiatio simplex & pura à iure recepta est, & eorundem diocesano Episcopo fieri potest.
13 Renuntiatio conditionalis à iure reprobata est, de stylo tamen curiae à Rom. Pont. admittitur.



UPER hanc rubricam scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Butr. Petr. Alphons. de Vasconcellos in harmonia rubricarum, Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 16. verso, Bernard. Compstet. in breuiario iuris Canonici, Martin. Mesnartius in epitome Decretalium, Guillelm. Durand. Specular. in breuiario aureo iuris Canonici, Daniel. Venator. in Analyti methodica iuris Pontificij, Goffred. & Host. in summa huius tit. Alexand. Callan. & Anastas. Germon. in paratiis ad quinque libros Decretal. Lancelot. in institut. Canon. Barthol. Carthagen. in expost. titularum iuris Canon. Zipe in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 38. Canis. in summa iuris Canonici, Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decret. omnes sub hoc tit. & Andreas Vallenis in suis com. supra Decret.

De renuntiatione beneficiorum ex professo tractatum edidit Flamin. Parisius, & incidenter in suis operibus de ea tractarunt, Turzan. Villalob. Soar. & alij tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 4. Nau. tom. 1. cons. sub hoc tit. vbi 12. consilia ponit, Sayr. in floribus decis. sub eod. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 19. Rebuff. in praxi benefic. tit. de renuntiatione, Stephan. Quarant. in summa Bullarij, verbo, Beneficiorum resignationes, Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. num. 327. cum seqq. Nicol. Garcia de benefic. part. 11. cap. 3. cum seqq. Et de renuntiationibus in generali egerunt Petr. Galleratus, & Hubert. Giphanius, & de renuntiationibus iuris Iacob. Butrig. tom. 6. tract. Doctorum part. 1. fol. 404. & de renuntiationibus filiarum Bartholom. Musculus, & de renuntiationibus variorum iurium Andr. Dalnerius, & de renuntiandi recepto more, modòque Henric. Bræulæus. De permutationibus verò beneficiorum tractatus ediderunt, Egid. Bellamer. Federic. de Senis, Petr. Andr. Gam. Petr. de Vbaldis, omnes tom. 15. part. 1. tractatum. Doctor. & nouè Ioan. à Cochier.

Renuntiare apud Iurisperitos, & linguæ latinæ, professores variè significat, aliquando enim sumitur pro eo quod est referre, seu nuntiare, vt in l. 1. in princ. ff. si mensor. falsum mod. dix. vnde reuelantes secreta Regis renuntiatores appellantur à Iurisperitis, si quis aliquid ff. de poen. notat Alciar. in l. detestatio ff. de verb. sign. frequenter tamen accipitur pro repudiare